

alio p. de signo. **M**utare nomen  
in diuinatio fuit uia ad ualde inuicibile  
uillus cui potius ipm̄ fruē nōf̄ dñs  
dñs. **I**o. in Dñmo p̄t̄ h̄c signa fric  
tare nōf̄ dñs fuit rum illo dñ  
no nō nōf̄ in xp̄i monitione fuc  
naturu notabilia signa q; s. **D**uo  
uitas fuit in uincitu p̄prio q̄ fuit in  
uus fuit p̄regnauit in uam xi se  
ntre fuit compagata bulans. **O**r̄m̄  
fuit fidei in uincitu mo fuit in uincitu  
le qui est inuicibilis et ete nōf̄ est  
signū qđ fuit in p̄pcessos corā p̄hī mo  
transfuerit et erat in uerū et mu  
re in oīdū. R̄gat d̄. Cūia de

petrout fūl̄. **S**ed h̄est̄ iñj̄ et vñl̄. **P**ur de kñl̄.  
n̄ trona est regis assue ad p̄us fūl̄.  
tus q̄ totū p̄hīl̄ p̄z̄ infen̄. **H**uidat  
int et q̄ nullus n̄ dñ in nomine rocent nōf̄  
p̄mo virgini fūl̄. **F**ūl̄. **S**uūl̄ bñdñ. zero  
signo remunilacione rendet in lumen  
lumen. **A**ndem ad t̄p̄. **T**ester et ad lotu  
signe in signū. **C**ontra uite fuit p̄ m̄or;  
tent et sic p̄al̄. **H**uidio genet de  
m̄a est obtrem et totū fuerit sp̄n̄.  
alio ḡy di dñm̄ meū sonum in molens  
q̄. filii meū ponū in more p̄uris distibk̄  
et erit signū fedat̄ inter me et terrā. **E**st  
hanc d̄. secentes. **R**uorti signū fuit  
q̄ ibi inlūcata ab s̄. **L**etitia fuit vng

33 siehe →

He

Sammelwerk

5

P. M. 22.

POSITIONES Ju-  
RIDICÆ

De  
JURE TUTELÆ &  
CURATELÆ,  
*Quas*

D. O. M. A.

*Praefide*

GOTTFRIDO Reuter

Bitterfeld. Sax.

PANTE

BACH

*Dnn. suis Collegis examinandas  
proponit*

MARTINUS von der Fechte  
Hamburg. Sax.

*Add. 18 Decembr. horis 8°  
toco solis.*

VVITTEBERGÆ

*Hæredes Laurentij Seuberlichij  
excudebant.*

30.



V I R O  
Magnifico', Nobiliss° atq;  
Amplisso.

Dn° HIERONYMO Böegler/ Reip.  
Patriæ, quæ est Hamburgi, Con-  
suli dignisso.


*Itemq;  
Clariss, & Consultiss. Viris*

Dn° SEBASTIANO von Bergen  
¶

Dn°. GEORGIO von der Fechte  
J. U. Licentiatis, & Reip. Ham-  
burgensis Senatoribus Primarijs.

Dnn. meis cognatis, & respectivè Parenti  
summa observanti à colendis,  
*Gratitudinis Oſtrena loco hocl-  
gale exercitium D.D.*

MARTINUS von der Fechtes Hamburg. Sax,



IN

Nomine Domini nostri JE-  
SU CHRISTI ad omnia confi-  
lia omnesq; actus semper pro-  
gredimur.

L. 2. C. de off. pref. perto. Aff.

Cum omnis', quæ à ratione suscipi-  
tur, de aliqua re institutio, debeat  
secundum Ciceron. à definitione  
proficiisci , ut, quid sit id , de quo dispu-  
tatur, rectè intelligatur : Statim absq;  
ulteriore præfatione ab ipsa definitione  
initium nobis erit faciendum.

A 2 POSI-

Vorname Jaff

## POSITIO.

### I.

Efinitur itaq; tutela vis &  
potestas in capite libero ad tu-  
endum eum, qui per extatē se  
ipse defendere nequit, jure civi-  
li data & permitta,



*Ut in §. I. inst. b. t. l. i. ff. eod. ex mente Ser-  
vij Sulpitij, quem ob Logices laudem alias  
commendat Cicero de clar. Orator, defini-  
tur, unde & cum Wes. hic n. 2. contra Hot-  
tom. in d. §. I. & alios vocabulum VIS,  
cum propter lectionis constantiam, tum  
quod ista metathesis & spuria vocabulorum  
substitutio in §. 2. hic, ibi, qui eam vim etc.  
penitus reiectatur, retinendum censemus.*

### II.

*Et licet verba ista, In capite libero, ad u-  
trumq; & tutorem & pupillum commodè re-  
ferri possint; vero tamen similius videtur Ser-  
vium per ea tutorem intellexisse.*

*arg. d. §. 2. hic, l. i. §. 1. ff. b. t. Don. 3.  
comm. c. i. & 2. III.*

*Dividitur tutela in Testamentariam, Le-  
gitimam & Dativam. Inter quas primum locū  
merito sibi vindicat Testamētaria, cum, quām-  
diu*

diū testamenratia speratur ; cestet legitima,  
ut habetur in pr. instit. de leg. agn. tut. l. 11. de  
testam. tut. l. quamdiu 89 de R. I. l. quamdiu  
de acquir. hered.

IV.

Idq; confirmat series & ordo instit. ff. 69<sup>o</sup>  
C. ubi semper p̄ponitur Testamentaria, sub,  
sequitur Legitima, & subiicitur demū Dativa.

Don. 3. comm. c. 4. v. 10.

V.

Sanè patres familias liberis suis impuberi-  
bus, quos in potestate habent, testamento tuto-  
rem dare vel constituere possunt. Idq; etiā ad  
Exheredatos extendimus liberos,

S permissum, inst. de tutelis. l. 1. d. testament.  
tutel. l. 4. l. 10. §. 3. l. 23. ff. eod. tit. maxime  
cum per exheredationem non tollatur patria  
potestas. l. fin. ff. unde legitim. Don. d. lo.

VI.

Sed quid de matre dicendum? illa propter  
patriæ potestatis defectū liberis suis testamēto  
tutorē regulariter constituere nequit: Attamē  
propter maternæ pietatis præsumptionē hoc i-  
psi aliquādo conceditur, si modo filiū pri⁹ he-  
redē instituat, & talis tutor à magistratu cū in-  
quisitione morū, probitatis, & facultatū confir-  
metur.

A 3 gl. in

gl.in.l.i.verbo parentibus. ff.d.testam.tutel.l.  
ubi Gothfr.ff.de tutel.l.69. §.2 ff.de legat.2.  
4.l.I. E<sup>o</sup> 2 ff.d.Confirm.tut. Auth.matri E<sup>o</sup>  
avia.C.quand.mul.offic.tut.

## VII.

Sic & Pater filio suo emancipato regulari-  
ter tutorem dare nequit; si tamen sit datus, pro-  
pter reverentiam & pietatem paternam, ut & fi-  
lij utilitatem, omnimodò, hoc est sine inquisi-  
tione vitæ, morum aut facultatum ex sententia  
præsidis erit confirmandus.

§.Permissum 3.juncto. §.ff.in-de tutel.

## VIII.

Sed erit ne talis tutor testamentarius vel  
dativus nominandus? Licet nec testamenta-  
rius nec dativus propriè appellari possit, magis  
tamen est, ut propter judicium & volun-tatem  
patris, qui semper præfertur, ad testamentari-  
um referamus.

l.2.E<sup>o</sup> 3. ff.d.confirm.tut.l.I. C.eod.Don.3  
Com.c.5.

## IX.

Dari tutor in testamento potest filius fa-  
milias, servus proprius purè & sine errore, ser-  
vus verò alienus conditionaliter, **CUM LIBER**  
**ERIT**. Quin tamen servus proprius hoc modo  
directā libertatē consequatur non ambigim<sup>9</sup>.  
pr E<sup>o</sup>

pr. §. 1. just. qui test. tut. dari poss. § 2. inst.  
d singul. reb. per fideicom. relict. Dom. 3 com.  
c. 4. Ant. Fab. lib. 6. conject. 16.

### X.

Item furiosus & minor testamento dari  
possunt tutores , ita tamen, ut tutela tum de-  
mum valeat , si furiosus compos mentis , &  
minor major 25. annis fuerit factus,

§. 2. inst. qui test. tut. dari poss.

### XI.

Interea tamen alium tutorem & non cu-  
ratorem dandum censemus.

§. 2. just. de Attil. tut. l. 10. §. 7. ubi Gothofr.  
ff. d. excusat. tut.

### XII.

Porro legitimam tutelam lex 12. tabb. de-  
fert proximis agnatis : At vero constitutio  
justiniani in Nov. 118. c. 4. rejectedo Emancipato-  
rum & suorum discrimine, tam agnatos, quam  
cognatos , ut ad hereditatis successionem, ita  
quoq; ad tutelæ onus vocat & admittit.

Auth. sicut. C. d. legit. tutorib. Auth. præsbyo-  
teri. C. d. Episcop. & cleric. ita tamen ut gra-  
du proximior præferatur. d. Auth. sicut.  
Schneidvv. hic. in pr. n. 10.

### XIII.

De jure Saxonico instar legis 12. tabl. tute-  
la

la proximo agnato omnibus cognatis exclusis  
defertur, nisi quod jus Saxonum non proxim-  
um gradum, sed Seniorem den. Eltesten Ch.  
benbūrtigen Schwertmagen præferat.

Landr. lib. I. art. 23. in pr. Et art. 20. Et 49.

Schneidvv. d. lo. n. 12.

XIV.

Sic & hodiè ex aurea bulla Caroli Quarti  
tit. de Electorum successionib. 7. proximus ag-  
natus jubetur esse tutor & administratore  
electoralis heredis impuberis, usq; ad 18,  
etatis annum completum. Quæ an illi testamento  
aufferri possit, controvertitur? Negantium sen-  
tentiæ astipulamur.

arg. l. nemo. 55. d. legat. I. b. 3. C. d. II. b. id quod  
nostrum D. R. I. quia quemadmodum vires  
suas amittit illa Regula, quod suæ rei quisq;  
sit moderator Et arbiter. l. in re mandata.  
C. Mandati l. I. C. d. SS. Eccles. quando juris  
præcepta contemnuntur Et prætereuntur  
d. l. 55; Sic nec testatoris voluntas pietati exi-  
stimationi, Et legum præscripto repugnare deo-  
det. l. 15. d. condition. institution. maximè hoc  
casu, ubi non tantum videtur tanta celsitudi-  
nis administrationem alteri cuidam commē-  
dere, vide Gad. ad. l. 120. in fff. d. V. S.

XV.

Dativa

Dari va turela est, quando tutor à Com- 3. Dutina  
petente magistratu constituitur, & hic talis re-  
gula obtinet, quod quandiu tutor testamen-  
to datus tutelam gerere non possit, tam diu a  
lius à magistratu sit substituendus.

tt. inst. d. Attil. tut. tt. ff. de tutorib. & curato-  
rib. dat. ab his l. 10. & ii. ff. d. testam. tut.

XVI.

Hic anxiè quarunt interpretes : Anne mi-  
toris datio sit imperij vel jurisdictionis? Nos  
utrumq; negamus, & ijs duntaxat competere  
asserimus, quib; nominatum hoc dedit vel lex,  
S C t u m vel princeps hoc est, tutelæ dationem  
non ab imperio aut jurisdictione alicuius ma-  
gistratus pendere, sed animadvertisendum, penes  
quem lex, S C t u m, vel principis jussus eam esse  
voluerit.

l. muto. §. datio. ff. d. tutel. l. 4. §. 2. ff. eod.  
cujac ad. l. 1. ff. de jurisdict. Coras. l. 5. Miscel.  
c. 24. Pac. cent. 5. quast 69. Don. lib. 3. com. c.

7. vs. 50.

XVII.

Hodiè tamen ex generali Germaniæ con-  
suetudine omnibus jure magistratus ius illud  
dandi tutores competere statuimus cum

Schneidvv. in §. nos a. inst. d. Attil. tutores.

n. 4. & ibid. valtei. n. 10. Harpr. n. 25. Atq;

B

ita

ita sanctū In der Reformation Gueter Po-  
sitz: ord. zu Augspurgf Anno 1524. auf-  
gerichtet. subtit. Von der Pupillen vnd  
Minderjährigen kindern tūtorn vnd Vor-  
münden. §.3. §.5.

XVIII.

Effectus tutelæ potissimum consistit in  
authoritate præstanda, quæ statim in ipso ne-  
gocio gerendo seu perficiendo, & in re præsen-  
te disertè & expressis verbis inrerponi debet.

pr. §. 2 inst. d. auth. tut. l. 3. §. 1. obligari.

9. §. tutor. 5. ff. eod. tit.

XIX.

Vnde & pupillum sine autoritate tuto-  
ris ne quidem naturaliter obligari, nisi factus  
sit locupletior, vel in aliena re dolosè verfa-  
tus fuerit, defendemus.

l. 5. inf. de Norationib. l. 59. d. O. §. A. l. 9. d.

Auth. tut. Vultei. lib. I. disceptat. c. 16. Goed.

d. ötrah. stipulat c. 7. conclus 12. n. 212. et seqq.

XX.

Tutela quoq; modis  
finitur.

Finitur tutela varijs modis; qui vel ex per-  
sonâ pupilli, vel tutoris, vel etiam extrinsecus  
considerantur. Et quidem ex personâ pupil-  
li tutela tollitur pubertate, quâlibet capitis di-  
minutione & morte pupilli.

pr. §. 1. inst. quib. mod. tut. fincitur. l. f.C.  
quando

quando tut.  $\mathfrak{C}$  curat. esse defin. §. similimo-  
do. 3. inst. quib. mod. tutela finit.

XXI.

Ex tutoris persona finitur tutela morte, 2  
capitis diminutione, remotione & excusatione  
d. §. simili modo 3. §. 4  $\mathfrak{C}$  5. inst. quib. mod.  
tutel. finit. §. ult. inst. d. legit agnat. tut. ubi  
Wesenb. n. 2.

XXII.

Hodiè tamen, cum ex constitutione justi-  
niani minima capitis diminutio jus agnationis  
non tollat, frater emancipatus ut fratri suo suc-  
cedere, ita & ejusdem legitimam tutelam gere-  
re potest.

l. frater emancipat. C. de legit. tut. l. fin. C. de  
legit. hered. l. ne lucrum. C. de curat. furios.  
vel prod. Nov. 118. c. 4. Wesenb. d. §. fin. n. 2.  
inst. d. legit. agnat. tut. ubi propter hæc consti-  
tutiones in d. §. f. vocab. plerumq; adjectum  
esse afferit.

XXIII.

Sed de transfuga quid dicendum? illum  
tutorem manere negamus.

l. 5. §. 1. d. capite minut. Don. 3. com. c 14.

XXIV.

Per modum extrinsecus intervenientem 3

B 2 tutelæ

tutela testamenteria tollitur eventu conditio-  
nis, & temporis vel diei existentiae.

§. 2. C. 5. inst. quib. mod. tut. fin. l. muto. 6. §. 1.  
ff. d. tutel. §. 3. inst. qui test. tut. dari poss. We-  
jen. d. §. 2. n. 6. Don. d. lib. 3. c. 14.

#### XXIV.

Ceterum dantur Curatores primum Mi-  
noribus sive puberibus volentibus propter æ-  
tatis fragilitatem, usque ad annum 25. ætatis com-  
pletum. Licet enim puberes sint, ad huc tamen  
eius ætatis sunt, ut suis rebus sive negotijs praे-  
esse non possint, teste Iustiniano.

pr. C. §. 2. inst. d. Curatorib. Vlp. in frag. tit.  
12. facit. l. 1. l. 3. §. minorem. ff. de minor.

#### XXV.

Hodiè tamen omnibus adolescentibus et-  
iam in vitiis curator datur.

l. 1. §. 3. l. 2. C. 3 ff. d. minorib. constitut. Carol.  
Vtit. 11. c. 1. et 3. additionator ad Schneidvv.  
pr. n. 10. lit. H. ad margin. inst. d. curat.

#### XXVI.

Idque vel maximè in regis, Electoris, princi-  
pis vel ducis filio jam pubere facto obtinet,  
cum C. alias ad exercendam jurisdictionem  
atque imperij potestatem in subditos, scientia  
sapientia & maturitas judicij & consilij requi-  
ratur.

arg.

arg. I. ad rem publicam. 8 ff. d. munerib. §<sup>3</sup> ho-  
nor. Exod. c. 18. Harpr. ad §. 2. n. 5. 6. § seqq.  
inst. d. curatorib.

### XXVIII.

Quid? anne minores p uberes absq; cura-  
torum, quos habent, consensu possint obliga-  
ri? Negantium calculo subscribimus.

- l. 3. C. d. rest. in integr. l. sancimus. C. d. admi-  
nist. tut. l. 4. C. d. reb. credit. Gæd. ad. l. 21. d.  
U. S. n. 5. § in tr. d. contrah. stipulat. c. 7. cōcl.  
14. Dn. præceptor Valent. Guil. Försterus. tr.  
de pact. c. 5.

### XXIX.

Deinde dantur curatores majoribus, aut  
propter defectum animi, ut furiosis, quibus  
propter furiosum exitū annumeramus & assi-  
milamus prodigos; aut propter morbum cor-  
poris, ut surdis, muris, & perpetuo morbo  
laborantibus.

§. 3. § 4. inst. d. curat. tt. ff. d. curatorib. furios.  
l. his qui d. tutor. § curat. datis.

### XXX.

De prodigo hic querere lubet: an ipsi ju-  
re bonis interdicatur; An v. sententia & decre-  
tū magistratus sit expectandum? post. Assim.  
per l. 1. in pr. l. 6. § 10. ff. d. curat. furios. §  
prodig

prodig. Gædde.d. Contrah. stipulat. c. 7. concl.  
10. Dn. Först. d. 10.

XXXI.

Deniq; ne bona im puberum & minorum  
diminuantur aut prorsus consumantur: tuto-  
res & curatores, satisdent. Sed an pignoribus?  
N. nisi is cui satisdatio debetur, sit contentns.  
pr. inst. d. satisdat. tut. l. 6 I. d. V. S. ubi Goed.  
n. 3. & 4.

XXXII.

Et quamvis tutores & curatores etiam in-  
viti cogi possint, ut onus tutelæ vel curæ sub-  
eant; secus tamen se res habet, quando tutor  
vel curator propter justam causam se excusat.

tt. inst. & ff. d. Excusat. tut.

XXXIII.

Neq; ab idoneis excusatiniobus legitimos  
excludimus tutores,

arg. §. 16. inst. d. excusat. l. I. l. 4. C. d. legit. tu-  
torib. W. esenbec d. §. 16.

XXXIV.

Inter alias autem excusationum causas  
referimus quoq; cum imperatore imperitiam  
literarum, modo sit conjuncta cum inscitia  
negocior.

l. 6. §. ult. ff. d. excusat. tut. Vulci. lib. I. di.  
scpt. c. 8.

Quid

### *XXXV.*

Quid de Dd. legum dicendum : anne excusationem à tutelâ habeant? Negantium placet opinio.

*l. 6. §. 12 ff. d. exsat. Nisi vel Romæ doceant,  
vel in concilium principum assumti sint. d. l. 6.  
§. 12. l. juris peritos 30. ff eod. Donell. lib. 3.  
com. c. 9.*

### *XXXVI.*

Tutores tamen , si se velint excusare , an statim à tutoris datione an verò demum à sententiâ rejectæ excusationis ad alium judicem appellare possint, ambigitur? Posterior arridet sententia.

*d. §. 16. inst. d. excusat. tut. Secus erit, quan-  
do judex excusationes recipere nolit, quia  
tum appellare omnino ijs erit licitum. l. 13. ff.  
d. excusat. tut. l. 18. C. eod. l. 12. §. 1. ff. d. appel-  
lat. W esenbec. d. §. 16. n. 2.*

### *XXXVII.*

Colophonis loco , Anne ut turor propter dolum , ita & propter latam culpam fiat in famis, anne etere placet ? idq; negamus,

*arg. §. 6. inst. d. suspect. tut. cum lata cul-  
pa quidem equiparetur dolo, quod ad remo-  
vendum. l. im puberibus. ff. d. suspect. tutorib.*

*l. quod*

*l. quod Nerva. ff. depositi sed non quoad in-  
famandum. Schueidvv. Et Wesenbec in d.  
§ 6. n. 2.*

## Corollaria.

1. An officialis, quiper aliquot annos publico præfuit officio, & ad huc præest, si fortè propter ad versam valetudinem, vel dementiam officium administrare impediatur; nihil ominus salarium integri istius anni, quo in istud malum inciderit, petere possit? Affirmandum censemus.

*per l. 15. §. 1. C. d. advocat. diversor. iu-  
dicatorum. l. 4. d. offic. assessor. l. qui o-  
peras. ff. locati. l. 4. §. stichus. vs. sed Et  
de statu lib. vide Gothofr. ad. l. 4. C. d.  
domesticis Et protectorib.*

2: An tali casu propter prædictas causas officialis vel alias ministerialis intotum ab officio sit removendus? Et hoc negamus.

*arg. l. qui. 20. de statu hom. l. nec. 8. §. 1.  
d. tutorib. dat. c. ex parte 5. x. d. Clerico  
agrotante vel debilitato.*

## Moniti meliora sequemur.



Et dicens est regnum dei  
venit non exspectabitur sed venit in secretis  
tempo suorum et cum filii eius  
ad ipsos venient et averti elecentur de  
salvacione suis respondebunt eis  
dignationes vestras sunt recte vobis est signum  
affectionis vestrae dilectionis vestrae  
profectiois vestrae et ceteris  
affectionibus vestris

### Farbkarte #13



POSITIONES Ju-  
RIDICÆ.

# JURE TUTELÆ & CURATELÆ,

*Quas*

D. O. M. A.

*Præside*

GOTTERIDO Reuter  
Bitterfeld. Sax.

*Dnn. suis Collegis examinandas  
proponit*

MARTINUS von der Fichte  
Hamburg. Sax.

*Add. 18. Decembr. horis 8  
ioco solis.*

VVITTEBERGÆ

*Hæredes Laurentij Seuberlichij  
excudebant.* 30.